Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Dactyliothecae Vniversalis Signorvm Exemplis Nitidis Redditae Chilias Sive Scrinivm Milliarivm ...

Lippert, Philipp Daniel

Lipsiae, 1755

VII. Lvdi Aliiqve Ritvs Ferme Romani.

urn:nbn:de:gbv:45:1-541

Visual Library

VII. LVDI ALIIQVE RITVS FERME ROMANI.

Numerorum ratio.	Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita.	Lapillorum naturae ac vocabula.	Poſſeſſores hoc tempore gemmarum.	Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur.
469	GLADIATORIS adulſcentuli ferme nudi ſtatus: *ſiue ille mulieris iuuenculae eſt, quod e capite fortaſſe paruo, et e pectore, pedumque econformatione, iudicare mauelis: non rudem certe tenentis, ſed gladium in vagina cum loris ſuis. Quod autem ſemibarbaris litteris magnis ruſtice inſcriptum eſt,* CAEKAS, *non illud ad ſcalptoris artificis nomen ſignificandum vnquam traxeris.*	Vitr. Obſid. ant.		L. B. a Stoſch, t. 21.
470	Rurſus MENELAVS Patroclum tollens, vt modo n. 465.	Carched.		
471	AGITATOR nudus in quadrigis, *Auli* opus.			
472	CIRCENSES, bigis conſpiciendis tribus.			
473	Alii Circenſes in Circo maximo, quadrigis quatuor. in gemma anulari, ſignis hominum, equorum, donorum, amplius XXX.	Sarda	L. B. a Stoſch	Cauſei Gem. t. 130.
474	LVCTATORVM par magna vi contendens prope Hermae ſignum: inde adſtante Agonotheta.	Sarda	C. Moszynski	
475	ATELLANAE, *vt interpretantur,* quaedam ſcena. *argumentum ſingulare,* ſignis actorum ac ſpectato-	Sarda		

rum

Numerorum ratio.	Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita.	Lapillorum naturae ac vocabula.	Poſſeſſores hoc tempore gemmarum.	Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur.
	rum numero fere XVI. in anulari gemma.			
476	PERSONATI, *quem* Pantomimum *eſſe aiunt*, ſpecies ac ſtatus ſingularis.	Sarda		
477	SPHAERISTA, *vt editur*, in gemma minima.	Sardonyx	C. Moszynski	
478	NVDVS in genu ſiniſtrum inclinatus, et amphoram magnam tractans.	Sarda		
479	Alius eiuſmodi faber ſedens, vas magnum pulcrumque, aſperum illud Sphingis ſigno, ſculpere videtur. *Acraganta, aut alium eius ordinis ac loci, interpreteris, licet.*	Sarda	Netſcher Romae	
480	Alius ſedens in codice, aliamque talem diotam magnam ornatiſſimamque, et hypampelo inumbratam, extundens, in gemma minore. *opus item pulcrum.*	Sarda	Rex Gall.	Mariette T. 1, t. 120.
481	MVLIER eleganter ſtolata, arundinem dextra, ſiniſtra fere laſerpitii ſurculum geſtat.	Sarda		
482	BVBVLCVS licium et femoralia indutus, amictus rhenone, vel maſtrucam dixeris, vaccas agens. *opus bellum.*	Sarda	C. Moszynski	
483	CAPRARIVS eiusmodi, cum cane et capra arborem roſura.	Praſios	Idem	
484	Alius eiuſcemodi ſedens.			
485	HERCVLES adoleſcens, *ſiue Theſeus eſt*, cum claua, ſedens, vt labore fatigatus,	Amethyſtos	Imp. Ro. Aug.	Muſ. Flor. T. 1, t. 92, 8.

Numerorum ratio.	Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita.	Lapillorum naturae ac vocabula.	Poſſeſſores hoc tempore gemmarum.	Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur.
	aut futura cogitando ſecum voluens in arboris magnae trunco, a qua arbore fiſtula ſuſpenſa eſt: pedem dextrum imponit arae coronatae. Inter pedes capra paſcitur, *breuitate ſua, vt ara quoque talis, magnitudinem oſtenſura herois vel dei: nam poſſis item Apollinem, dum Admeto ſeruit, putare, vel Adonin, ſi mauelis. Eſt autem opus in gemma magna doctum, dignumque hac noſtra in rectius enarrando cura.*			
486	ANVLI SIGNVM cuiusdam *ſymbolis rerum pulcherrimis exornatum et circumdatum.* In medio orbe anuli capra, quantum cernere eſt, foeta apparet cubans: ſummo in anulo palam premens Victoria in bigis: in ima gemma faſcis virgarum ſine ſecuri: vtrumque anuli latus ſpicis tegitur: earum ſuper laeua papilio volat. Inter anulum et faſcem litterae M. VARR. geminam, *opere docto, impenſe bellam, inſcripto Marci Varronis nomine,* nobiliſſimam reddunt.	Sarda	L. B. a Stoſch	
487	Aliud ANVLI ſignum eiuſmodi. In medio orbe			

fere